



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Punctator.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

non habere locum in literis dimissorialibus ad onus ecclesiastic. & aliis quæ prohibentur eis per Sac. Cong. Trid. sess: 23, cap: Abbatib: & sess: 24, cap: 20, de reform: sed possunt exercere ea, quæ sibi jurisdictione ordinaria competunt in suos subditos. Ita Navar. conf: 9, de privil: hoc tamen limita, nisi eis aliquid plus fuerit concessum à Sede Apostolica post Sac. Conc. Trid, prout dictum est in ver: absolutio, §. 1.

PUNCTATOR.

Punctator, ponendus in Ecclesiis pro assignandis deficientibus Horis Can. prout in Bul: Pii V. & Con. Later: prout dictum est superius in ver: Hora, §. 8. debet esse constitutus in sacris, secundum decretum Concilii Provincialis Compostellanensis, revisi per sanctiss. Dominum Nostrum: sub datum Romæ apud S. Petrum die 16. Decembris, 1565, vel alia veriori data, ita censuit Sac. Congreg. in declar: 455. in meis, cujus sunt verba prædicta.

PROCURATIO.

Primò, procuratio non potest remitti à prælato, quando ei debetur ratione visitationis, nisi expressè, vel tacitè non petendo, non tamen, vel se obligando ad non petendum, vel relaxando, Addit. ad Cap. Tolos. q. 332.

Secundò, procuratio non potest præscribi, quæ datur ratione visitationis, quia est aded privilegiata, quòd nullo modo præscribi possit, immo nec

Episcopus potest illam remittere, nec respectu sui, nec respectu suorum successorum, idem loc: cit: nisi consuetudo aliter se habeat, prout superius, ver: jus cathedralicum, verum Hostiensis doctrina satis urget, quòd aded procuratio est annexa visitationi, quòd tamen non potest esse sine reliquo, tamen hoc temperat postea, quando Episcopus non haberet sustentationem aliquam aliam, & infirmaretur, in sum: tit: de cens: §. ult: n. 18.

PRIVATIO.

Primò, quot modis quis venerit privandus, vel sit privatus ipso jure beneficiis? Respondetur, quòd nullo modo, nisi in casibus in jure expressis, Gl. solemnis in c. fin. de jur. pat. Navar. conf: 8. nu. 4. ver: 6. de præb. & ibi dicit judicem non debere condemnare, & privare quem suis beneficiis, nisi gravi, & justa causa, c. inventum, 16. q. 7. & c. satis perversum, 56. dist.

Secundò, an clericus condemnatus ad triremes, sit privatus ipso jure beneficiis? Respondetur, primò, prout in ver. privatio Secundò, si in vita, vel ad tempus, si primum, quòd sic, quia habetur pro deposito, si secundum, & non fuit dictum in sententia, non potest; & sic vidi multos post finitum tempus rediisse ad suum beneficium, vide Reb. in reg. de infr. resig. glos. 11.

Tertio, privato beneficio ob non promotionem infra annum, juxta cap. licet canon, de elect. lib. 6. non potest illud